

2 in : NL A 169 40

DE POLONI
CIS, ANGLICIS, RE
GINÆ SCOTIÆ, HISPANI
CIS, ET GALLICIS
rebus, recens
allata.

E XXIV 465 mne podaje



Excusum

M. D. LXXXVII.

NI

XVI 4. 81

STEPHANVS, Poloniæ rex, qui
eximia cum laude sapientiæ, fortitudinis, iusticie,
grauitatis, & clementiæ, regnum illud amplius
decennio gubernauit, die 3. Decembris exemptus
eſſe rebus humanis, scribitur. Natus est ex no-
biſii Baronum Bathoreorum de Somlio (altera
enī m illustrior est Bathoreorum de Bathor) fa-
miliā Vngaricā, cuius particulam, nobis notam
adſcribemus.

STEPHANVS

BATHORI de Somlio

1533

STEPHA-	CHRISTO-	ANDREAS.
NVS princeps	PHOrus, prin-	
Transylua-	ceps Transyl-	Stepha-
nia 1561.	uania, fratri	nus, ad
REX POLO-	regi successeſ.	Balta-
nie creatus	⊕ 1581.	Plesco-
1576-		uiam patruo-
		militauit.

SIGISMUNDVS,

hoc tempore princeps.

Transyluania.

sigismundus

DE REBUS BELGICIS

Anglicis, Gallicis, &c.

Vbi Comes Leicestrius, Angliae regine in Belgio pro rege, Zutphaniam vidisset à Parvensi anno na subleuatam: & exercitum duorum millium equitum, totidemq; pe ditum Holsatorum & in reliqua Saxonia collectorum, vltro fuisse dissipatum: castra ad biberna, Dauentriae, & locis undiq; vicinis, oppidisq; proximis ac pagis disposuit. Ita tamen, ut Zutphaniam (est enim Dauentria ad duo milliaria) propemodum obsideat. saltem impedit, ne comatus in eam maior importetur. Quam urbem Dauentriam proditione cepit.

Insulam Zutphanie propinquam, in qua munitione est, deseruit, eamq; Regij occupant. Vicissim Regij, maiorem munitionem, quam ad urbem Zutphaniam exercent cis Insulam fluuum, dereliquerunt. Angli desertam à Regijs tenent.

Anglorum exercitus Imperator non est Leicestrius, sed Gulielmus Pellamus Anglus.

Euocatur autem Leicestrius ad regni Comitia, quæ propter hoc bellum habebuntur,

A 2 tur,

tur, & ut ex eorum autoritate statuatur, de tol-
lenda ultimo supplicio Maria Scotiae Reginæ,
quod Elizabetæ Reginæ vite, facta conura-
tione, postremo fuerit insidiata. Processus eius
criminalis est factus ex Iudiciorum more, & ex
eo concepta in illam ferenda Capitis sententia.
Illa vero Londinum est ducta, & Turris Londi-
nensis carceri imposita, in quem principes viri, ul-
timo supplicio afficendi, solent coniici. Lega-
tus in Galliam missus ad Regem fertur, cum con-
cepta in eam, Mariam Reginam, sententia, ut
eam Rex, viso processu, probet. Fuit enim Fran-
cisci secundi coniunx.

*V*t igitur Comes Leicestrius in Anglia
ad comitia rehatur, cum aliquanta classe
Franciscus Dracus nobilis pirata ex India, re-
non male gesta reuersus, in Zelandiam venit.
Alter Pirata, cum classe in Draci locum iuit
in Indianam. *V*isus ferunt quadraginta tres eius na-
ues, perquam instructas. Nonnulli aiunt, incer-
to tamen rumore, alteras oculo, quæ sequabantur
fortassis, ab Hispanica classe depresso. Illæ
quadraginta tres sese ostentarunt in Galicia
ad Baiona portum.

Econ-

Econtrario rex, Cantabricas Hispanicas & Lusitanicas naues, Olisponem conuenire iussit. Aliqui Gallicas aliquot, ex Gratiae portu illis coniungendas, vel forte coniunctas existimant. Rumor spargit, banc classem in Anglos ad proximam astatem colligi.

PARMensis ubi conspexit Leicestrium milites ad hiberna distribuisse, idem fecit: & suum ad Vezaltam & circum vndiq; collocavit. Ipse verò Bruxellam est prosector, ut Belgicum, inopia commeatus & Anglorum excursionibus fatigatum, paulò subleuet, atq; autoritate sua, dubitantes confirmet. Tum &, ut legatos Parmenses & Placentinos, ad eum propter Octauij patris obitum missos, excipiat, & ab eis, praeflandæ fidei Iuramentum nomine omnium recipiat, & à nobilibus eius subditis. Tum etiam audiat reliquos Legatos qui ad eum venere, Octauij mortem ei condolunti. denique ut Andreæ, Equitum aurei velleris Tutelaris diui, festum, solenni more celebret.

Berchum tamen non deferuit.

A;

Anglo-

Anglorum consilia eò tendunt, ne Regis
commeatus in Belgiam possit inferri, ut fame
subigant Regios, quos armis vincere nequeunt.
Propterea decem naues militares, Bataui, ostio
Albis ad Hamburgam recens immisere, quibus
ad nauigantes ea ex urbe naues Dunkerchan
vehentes commeatum aut merces diripient. Re-
cens duæ naues, in eodem flumine, diuites admo-
dum, submersæ sunt.

Angli verò Piratæ, in Hispania, naues
duas ex S. Thomæ insula Lusitanorum Indica-
e perunt, cum insulæ præfecto. Una uehebat vi-
inti quinquaginta millia coronatorum, que in Anglia
portu perijt. altera ibidem cum eo præfecto salua-
dpulit, qui in Angliam captiuus est duclus.

Legati principum protestantium ad Regem
Galliarum, redierunt, cum responso, Regem quæ pe-
terent, quoniam sancto fœderi Catholicorum no-
men dederit, facere non posse. Petebant autem
à Rege, ut paclam abhinc decennium cum Na-
uarræo rege pacem ac socijs seruaret.

Nullum exercitum nunc habet. nam utrum-
que, propter annonaç angustias, nimirum Dumai-
nei eo

mei & Valletæ, ad hiberna dimisit, & Germanos
exauclor auit. Pecunia etiam stipendijs deest.

Nauarreus & socij habent in sua potestas
te centum & quinquaginta oppida munita, &
quingentos ac triconta vicos, & arces etiam, quæ
possint ad versatorum vires sistere aliquandiu. ac
nunc primum ceperunt arcem Raneroiam, non
procul Marieburgio: ex qua, Dinanto & Na-
murco, alijsq; vicinis prouincijs omnem commea-
tum possunt intercipere. dicitur Comes Turra-
niae eam arcem cepisse. Ex Colonia. **XIX.**
Nouemb. Anno 1586.

Brunswigâ 16. Decembris.

De obſesso caſtro Petershagen, auſpicijſ
noſtri princeps Illuſtrissimi Domini Iulij, etiam
hic fuit rumor ſparsus, ſed falſus. cum Celsitudo
illius nullam obſidēti illius caſtri cauſam ba-
beat, & ſi quid eſt diſidij, Deo dante,
bono fine propediem componetur.



IOACHIMVS ERNESTus,
princeps Anhaldis, Iohannis filius, Ernesti
nepos, mensi Decembri, vitam cum morte com-
mutauit; suscepis, ex Agne Barbensi, &
Eleonora Virtebergica, oculo filijs, & totis
dem filiabus, ex quibus Elizabetham, Ioh. Geor-
gio Electori Brandeb. Agnen Heduuigem,
Augusto Elect. Saxonie: Annam Ma-
riam, Ioachimo Duci Silesiae in Bri-
ga: Sibyllam, Friderico Vir-
tebergensi, elocauit.

